



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XLVII. Diethram Zellense Monasteuium iuxtà Isaram, in Bauaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

## CAPVT XLVII.

DIETHRAMZELLEENSE MONASTE-  
rium iuxta Isaram, in Ba-  
uaria.

1099: **A**NNO 1099. duo pij & deuoti viri, *Otto*  
& *Berengerus* cum quodam venerabili  
sacerdote *Diethramo*, maioris deuotionis &  
pietatis causa in Eremum *Eglingerfurt* nomi-  
ne secesserunt. Cùm verò ibi duos annos man-  
sissent, propter aquæ penuriam, domicilia  
sua ad riuum eiusdem filuæ transtulerunt, &  
Ecclesiam eodẽ in loco in honorem S. Mar-  
tini exstruxerunt. Cùm verò inter viros quos-  
dam nobiles, eodem tempore de terminis &  
finibus huius filuæ cõtentio oriretur, *Otto Co-*  
*mes de Dieffen*, cum duobus filijs suis *Ottone*  
& *Henrico*, Abbas *Vdalsalcus de Tegernsee*,  
cum Aduocato suo, *Reimpertus de Reut*, cum  
fratribus suis, *Ruperto*, *Adelberto*, & *Lieb-*  
*hardo* & alij plures conuenerunt. E quo-  
rum numero duodecim huius negotij arbi-  
tros elegerunt, qui dato iuramento, limites  
vnicuique parti proprios designarunt, &  
hanc filuæ partem tanquam vacantem pos-  
sionem iudicarunt: cui decisioni & trans-  
actioni fratres de *Reut*, nequaquam acquies-  
cere voluerunt.

Interim Dei omnipotentis instinctu mu-  
tati,

tati, omnes concorditer prædictam filiam non solum vacantem, verum etiam cuique parti addictam ad monasterium deputerunt, quin etiam alios vicinos fundos ac bona pro ædificatione monasterij tradiderunt. Diethramus porrò missus est Romam, & à Pascalesi Pontifice confirmationem huius rei obtinuit anno 1107. Ex qua intelligitur prædictos<sup>1107.</sup> viros nobiles hoc cœnobium simul fundasse, & multis donis auxisse.

## CAPVT XLVIII.

POMPVRG SEV PAMPVRG,  
*in Bauaria.*

**E**ST monasterium Canoniorum regularium S. Augustini ad confluentes duorum fluminum *Traun* & *Alg*: de cuius fundatione ita scribit Ioannes Auentinus lib. 5. *Annal. Bauariæ: Adhaid filia Cunonis, Comitiss de Megling ac Irmogarda, cum marito Berengerio filijs, Berengerio & Cunrado à Sulzbach (opidum id Nariscorum est) dynastis ad confluentes Train & Alisse, Pampurg, vbi humati perhibentur, collegium Augustinianis constituunt.*

Idem Auentinus lib. 7. ponit. Pampurgium olim arcem fuisse in Boiaria Noricorum, ad radices Curuanæ montis & cõfluentes Azali atque Train sitam, nunc in collegium Augustinianorum mystarum commutatam.